

est ad publicam utilitatem, diuinumque cultum, ad hoc ne diu ecclesie seu beneficia in suspenso remaneant, dicto. c. 2. de coaces, præben. Ibi non dia trahant in suspensio, sed infra sex menses personis que dignè administrare valeant conferantur, & ibi subicit tex. quod lapidis sex mensibus ab episcopo ad capitalū, & contra, postea ad proximum superiotem collatio deuolutus, datum ad ipsam suam pontificem deuolutio sit, c. licet de iupplen. negli. prela. Quando autem collatio spectare ad abbatem, priorem, uel alium, puta ex consuetudine prescripta, seu ex privilegio, illo negligente, ad episcopum collatio deuolveretur, & ab illo ad archiepiscopum, ab archiepiscopo uero ad legatum, seu ad Papam. Deuolutio etiam ad Papam sit in maioribus dignitatibus propter delictum, licet securus sit in inferioribus c. quamquam de electio. lib. 6. Bal. & Abb. in c. in pro defectu eo. Nic. Boe. Dec. 70. queritur an prouisio, pro premisis omnibus, & ad quos fiat deuolutio, videatur omnino distin. abb. in c. cum in cunctis. §. clerici post nume. 5. vers. & generaliter, cum queritur ad quem sit deuolutio de electio. & Pau. de Cittadi. de iurpact. in 3. art. 6. par. quæst. 26. ubi docet quomodo deuolutio fiat gradatim. Sed in quantum subdit quod Papa habet sex menses, male loquitur, quia nullus terminus est Papæ ad conferendum praefixus, nec c. licet de iupplen. negli. prela. illud probat, Contrarium autem probatur argumento tex. in c. nemo iudicabit. & c. seq. 9. quæst. 3. unde sequitur quod ne. no. Papam de negligentia at guere poterit, prout eius inferiores. Aduertere tamen debemus quod Papa conferre potest beneficia & deuoluta duobus modis, uel postquam ad eum deuoluta sunt omnibus inferioribus in statutis temporibus ad conferendum negligentibus, uel alio modo Papa beneficia deuoluta non solum ad se, sed ad inferiores conferret, puta ob negligentiam abbatis deuoluta est collatio ad episcopum Papa concurrens poterit cum episcopo, uel cum capitulo, cum archiepiscopo, legato, & quocunque alio, & sic Papa semper conferre poterit, uel ratione deuolutionis ad ipsum, seu sedem apostolicam, uel ratione concursus, ad c. cuncta per mundum. 9. quæst. 3. c. 2. de præben. lib. 6. & prout declarat Rebuff. super Concor. rub. de collatio. §. si quis uero in uer. deuolutio. Impetrabit igitur quis per deuolutionem, quando supponit beneficium tanto tempore uacasse quod eius collatio ad sedem apostolicam deuoluta sit, iuxta præalle. c. 2. de cœc. præben. & alia supra adducta. Et ex illo c. 2. & alijs iuribus de quibus supra, clicitur illa clausula in omni supplicatione beneficiariis ponit solita ualeat. & tanto tempore usauerit, quod eius collatio iuxta lateranen. statuta concilij, est ad sedem apostolicam legitimè deuoluta, de qua clausula loquitur Casella. Dec. 5. in prin. de præben. & Regula 62. iuxta ordinem antiquum, ibi & eius collatio deuoluta fuerit, ubi aliqua de deuolutione ultra hic posita tractabo. Quando quis beneficium ab episcopo ad capitulum, seu contraria, uel ad archiepiscopum deuolutum esse afferit, & ratione concursus ab ipso Papa illud impetrat, in iis terminis loquitur hæc ultima additione regulæ, Concludendum igitur est in omni impetratione beneficiorum deuolutorum, tenet quæ a Papa tanquam deuoluta impetrantur, secundam esse Regulam hanc quoad omnes eius partes. Rursus impetratio per deuolutionem duebas modis fieri poterit, uel cum illa clausula accessoria, & communiter in supplicationibus ponit solita de qua lapra, purandum obtinetur beneficium tanquam uacans per obitum, uel alio modo expresso, inserita illa clausula, per quam beneficium acquirere, seu consequi poterit ille impetrans, uel principaliter narrando negligentiam ordinarij, uel alterius ad quem collatio spectabat, & expresse obtinendo gratiam beneficij tanquam properea deuoluti. Præmissa sufficiant pro declaratione dictæ ultime additionis, ac pro commento Regulæ de Annali, & sine huic secundi Tomi.

Roma apud heredes Antonij Bladi,

M D LXXII.